



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam  
post Pentecosten

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Feria 4. Parabola seminis paulatim germinantis & increscentis, ubi  
exprimitur. Progressus spiritualis in quo quies & solicitude simul jungendæ  
sunt. Neque quies nisi sollicita. Neque sollicitudo nisi ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44226**

Ibid. 4.

qua utuntur Septuaginta, & quam ipse Sapiens sic declarat: Oculi tui regla videant, & palpebra tua praecedant gressus tuos, dirige semiram pedibus tuis,

Eccl. 37.

& omnis via tua stabilisatur. Sic Ecclesiasticus: Ante omnia opera, verbum verax praeceps te: & ante omnem alium consilium stabile. Sic Christus Dominus tam saepe in Evangelio ut nihil saepius repetitum invenias. *Videte, vigilate, & orate, quod vobis dico, omnibus dico, vigilate.*

Marci 13.

Quorum enim enim gratia & divina subsidia nisi simul advigiles in illis recipiendis & in actum reducendis? Non si totum co-

lum tibi adesset, quidquam prodebet si tibi defueris; neque si totus interruat infernus, tibi obseruit si cum grata vigilaveris. Esto vigilans præteritum in congreßu cum aliis, citò enim abripitur animus tuus.

Vide in 1. parte, communem SS. Confessoribus non Pontificibus, ubi hæc declaratur *Vigilias:*

Quantum cuique est vigilans, tantum virtutis & meriti,

## FERIA QVARTA.

### PARABOLA SEMINIS PAVLATIM GERMINANTIS ET INCRE- CENTIS.

*Sic regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet & increbat. dum nescit ille. Marci 4.*

#### VERITAS PRACTICA.

#### L P U N C T U M.

Neque quies nisi sollicitus, neque sollicitudo nisi quies,

**S E N S U S E S T D E P R O G R E S S U S S P I R I T U A L I**, in quo faciendo sic concilianda sunt quies & sollicitudo, ut sicut non alia quies est admittenda nisi qua sit sollicita de virtutibus acquirendis & exercendis: ita sollicitudo non alia impoundatur nisi sit quietia. Quod postremum hic praesertim urgetur, ac propriea sic ueritas practica planius proponit posset.

Quæ ad progressum spiritualem sollicitudo valet, sit quietia, vel non valet.

**R A T I O E S T**, Quia idcirco ad spiritualem progressum sollicitudo valet, ut quæ à nobis pendent rectè & discretae curentur;

Atqui ad hanc rectam & discretam curam, sollicitudo debet esse quietia.

Ergo ad progressum spiritualem sit quietia necessaria, que non omniam valet.

**B**REVIS hæc quidem Parabola verbis est, sed satis longa & secunda sensu. Pronuntitur nobis in persona seminantis Agricolæ, quam sollicitudinem gerere debeamus circa præsentem anima nostræ statum & prospectum. In quaquidem sollicitudine sicut errari potest defectu, ita & excessu. Deficeret qui non satis esset sollicitus: sed in ea excederet qui nimis anxie & inquiete se teneret sollicitum. Imirandus est igitur hic Parabolicus Agri-cultor qui sic laborem suum cum quiete temperat, ut quantum necesse est agro & semini seminato, laboret; de cætero autem dormiat & quiescat; nam, ut ait Dominus, *semes germinat & increbat dum nescit ille. Ultro enim terra fructificat, pri-mum herbam, deinde plenum frumentum in spica, & cum prodaxterit fructus, statim missis falcam, quoniam adegit mæsis.* Quali diceret, facit tantum Agricola circa semem quod sibi faciendum videret, agrum colit, seminat & metit suo tempore, dum interim sine illius cura & sollicitudine frumentum crescit. Sic plane nobiscum est agendum; nam sicut in illo naturali frumenti vel seminis incremento progressus spiritualis designatur, sic in illa temperata sollicitudine Agricultoris, exprimitur quietia nostra sollicitudo quæ ad talen-pro-gressum